



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronologia Monasteriorum Germaniæ Præcipuorum Ac Maxime Illustrium

Brusch, Kaspar

Nürnberg, 1682

Conclusio Monasteriorum Germanicorum: ad omnes Germaniæ Abbates &
Præpositos, aliosque viros religiosos ac eruditos, Antiquitatumque
studiosos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38166

Quo per eum mortem nos evitare perennem
 Possimus, qua jam dejecti in Tartara eramus.
 Hæc est illa benigna Venus, quæ mitigat iras
 Conciliaque patrem, Christi per vulnera nobis:
 Mitigat & meritas pœnas, & flagra coercet.
 Hanc venerem quicumque colis, vel scire laboras
 Scripturasvolvendo pias, quas concio cœli,
 Turba Prophetarum nobis abitura reliquit:
 Quas & Apostolici proceres auxere, Dei que
 Filius ipse ingenti confirmavit honore.
 Huic inquam quicumque faves, quicumque ministrum
 Te sociumque facis: fac id quoque quæso, & eandem
 Sic placare & in officio retinere perenni
 Tota mente stude Venerem: ut quæ rebus amanter
 Condolet humani generis, miserisque malisque
 Non fremere irasque diu velit: obvia sed sit
 Undique propitiis radiis, & luce serena.
 Hanc totis omnes animis studeamus amare
 Tam blandam Venerem. Huic instemus nocte dieque,
 Ingenuis præcibus, ne nos aut deserat unquam,
 Aut transformari sese patiatur in iram:
 Sed maneat clemens semper, fiatque subinde
 Et clementior atque malis magis obvia nostris.

XIX & XX Febr. Anni 1551. Ingolstadii in
 ædib. Weissenhornianis faciebat Author.

Conclusio Monasteriorum Germanicorum: ad omnes
 Germaniæ Abbates & Præpositos, aliosque viros
 religiosos ac eruditos, Antiquitatumque
 studiosos.

*Jamq; operis partem exegi, quod nostra labore
 Immenso, omnibus ex Germani partibus orbis,
 Et studio in patriam nunquam cessante coëgit
 Calliopea. Hanc nulla dies, nulla obruet unquam*

Rrrr 2

Flumine

Flumine Leteo, licet omnia destruat atas,
 Gratia diis Magnis, quorum bonitate fideq;
 Defensi, priscosq; lares hos vidimus omnes,
 In justosq; libros ratione redezimus apta.
 Quod si (qui vitam dedit) idem prorogat annos
 Hos mihi mortales: mox pars etiam illa sequetur
 Altera, qua nondum satis illustrata, laboris
 Et Monumentorum quid adhuc, opis atq; requirit.
 Vos (Germania quos habet) Abbatesq; virosq;
 Ingenio claros, & religione celebres,
 Omnes ex animo precor, atq; hoc carmine testor:
 Ut non difficiles, & cetera vestra mihi illa
 Mittatis monumenta, meo que deesse putatis
 Huius operi: in quo non modo mille Monastica templa
 Sunt descripta mihi, verum omnes Pontificatus
 (Quos diis non male gratus alit Germanicus orbis)
 Eterno calamo transmisi ad posteritatem.
 Ut sine vestrarum jactura & vulnere rerum
 Largiri facile nobis hac ipsa potestis:
 Qua pulchre vobis etiam illustrata redibunt.
 Sic ad vos tamen inde etiam hoc redit insuper, ipsam
 Ut supra sortem ceu fœnus, nominis atq;
 Eterna laudis summum accipiatis honorem.
 At quantum decus hic Patria prestetis, in istis
 Sic convektandis monumentis: si mala nostra
 Non (ut sunt ingrata nimis) ventura loquentur
 Secla fidelius ipsa tamen, qua grata labores
 Agnoscent istos, & nostrum nomen ab omni
 Interitu eripient, laude ornabuntq; perenni.
 Nolo hoc commemorare loco (nam cernitis ipsi)
 Quam laudaturi sint vosq; meumq; laborem
 Hunc Successores vestri: Nam nos quoq; nostros
 Majores magis ornaremus, si sua nobis
 Scripta reliquissent: de rebus scilicet illis,

QUANTO

Bibliothec

 Chronolog
 Monasteri
 von German
 S. LXI
 1

Quorum auditores Spectatoresq; fuerunt.
 Ergo agite, & positis reliquis è pectore curis
 Omnibus, hoc tota facite isto tempore mente:
 Quarite diversis è chartis, & monumentis,
 Et conscribite, & aternis mandate libellis,
 Quae videntq; legatq; olim haud male grata futura
 Posteritas vobis: qua vos vixisse, & honestum
 Hic fecisse aliquid toto testentur in orbe.
 Vivite felices, vestri memoresq; Poetae,
 Qui dedit hac nunc, & dabit uberiora, superstes
 Munere si fuerit divum, Vos omnis Olympi
 Concio sacra & amet, nullum & non servet in avum.
 In die S. C. Virgineæ Augu-
 stæ Vindelicorum.

Hac habet à Divo Fernando Casare, magnis
 Pro meritis Vates Bruschius arma suis:
 Quod primus Patria celebrare est totius ausus
 Pontifices omnes, templa laresq; sacros:
 Unde, in quo fuerint quondam pia Sacra favore,
 Arserit immensus quàm Pietatis amor:
 Quale suis fuerit studium Majoribus olim?
 Iphis cum Senibus scire Juventa queat.
 Tu decus hoc agnosce tuum Germania, laudi
 Invidisse tua ni velis ipsa: Vale.
 In Æquinoctio Verno
 M. D. LI.